

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Homo o  
in 1493/5 & 1550 editionibus cum fonte primo

Caetera uidentur sentire naturam suam: alia  
peruicacitatem usurpare alia prepetes  
uolatus inire. hominem nihil  
scire sine doctrina. non fari. non ingredi:  
non uesci: breuiterque non aliquid naturae sponte  
quam flere.

Quam seuisime  
uni animantium luctus datus est. uni luxuria

uni ambitio: uni auaritia: uni immensa uiuendi cupido:  
uni superstitio, uni sepulturae cura.

nulli tamen uita fragilior. nulli rerum omnium libido  
maior. nulli pauor confusior: nulli rabies acrior.

Ibidem (Plinius historiarum mundi libro VII.).

*Manipulus florum*, Homo n (Venetiis, 1493/5),  
sig.p5r-v.

et  
cetera sentire naturam suam, alia  
pernicitatem usurpare, alia praepetes  
volatus, alia nare: hominem nihil  
scire, nihil sine doctrina, non fari, non ingredi,  
non uesci, breuiterque non aliud naturae sponte  
quam flere!

itaque multi extitere qui non nasci optimum  
censerent aut quam ocissime aboleri.  
uni animantium luctus est datus, uni luxuria  
et quidem innumerabilibus modis ac per singula  
membra,

uni ambitio, uni auaritia, uni immensa uiuendi cupido,  
uni superstitio, uni sepulturae cura  
atque etiam post se de futuro.

nulli uita fragilior, nulli rerum omnium libido  
maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior.

C. Plinius Caecilius Secundus (Maior), *Naturalis  
historiae libri XXXVII.*, 7, 1, 4-5 (C. Mayhoff ed.,  
vol.2, pp.2-3, ll.18-20, 1-9).

Caetera uidentur sentire naturam suam: alia  
pernicitatem usurpare, alia praepetes  
uolatus, alia uires, alia nare. hominem nihil  
scire sine doctrina, non fari, non ingredi,  
non uesci, breuiterque non aliquid naturae sponte  
quam flere.

Itaque multi extitere, qui non nasci optimum  
censerent, aut quam ocissime aboleri.

Vni animantium luctus datus est, uni luxuria,  
et quidem innumerabilibus modis, ac per singula  
membra:

uni ambitio, uni auaritia, uni immensa uiuendi cupido,  
uni superstitio, uni sepulturae cura,  
atque etiam post se de futurae.

Nulli tamen uita fragilior, nulli rerum omnium libido  
maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior.

Plinius ibidem (historiae naturalis libro 7.).

*Flores omnium fere doctorum*, Homo n (Venetiis,  
1550), fol.232r.